

3. Comigton. Discipulus Henrici probat idem supponendo ~num., quod materia potest praescindi ab imperfectionibus omnibus, & hoc modo ascribi ipsi Deo. Bonum & ens conuertuntur. Materia est ens, ergo bonum, ergo Deo ascribi potest.

4. D. Omnis substantia est aliqua perfectio. } Maior est vera. Probo minorem ex. 2. de anima com. 1. & 17. Metaphy. com. & tex. 7. substantia diuiditur in materiam formam, & compositum.

2. de Anima com. 1. 7. Diu. tex. 7.

5. Præc. Potentia est aliqua perfectio, & non includit imperfectionem nisi quando est sub priuatione quæ distat ab actu, ergo dempta priuatione, & considerata sub sua quidditate dicitur perfectionem, ergo hoc modo erit in Deo.

6. Omne subiectum arguit potentiam, sed essentia est subiectum, ergo materiale. Maior est clara. Nam d. Doctor. Qui asserit aliquid esse subiectum, & negat illud esse materiale facit contradictionem in adiecto, quoniam de subiecti ratione est esse materiale.

R. Bachs.

R E S P O N S I O N E S

Doctōris in Articū. 4.

Ad 1. Vbi dicitur quod hæc. sumperunt de materialiter cum de substantia loquuntur. Dico quod de vox sumitur non solum materialiter, sed sumitur indifferenter pro potentia subiectiua deferente actionem generationis. Ideo subiectum bifariam dicitur.

1. Modo dicit ens perfectibile. } Vt est ens perfectibile, & informabile arguit materiam, quæ recipit perfectionem ab actu, & hoc modo loquitur Aristot. 1. Phy. c. 63. vbi dicitur, quod est necesse ponere aliquod subiectum quod sit in potentia.

1. Phyl. tex. com. 63.

Vt vero ens dicitur quoddam substractum, & suppositum ad deferendam actionem agentis certe, non arguit materiam, sed solum formam, & hoc modo loquimur nos de essentia. Nam dicitur esse subiectum deferens actionem generationis, quando pater generat filium, cum inter generans, & genitum requiratur substantia deferens.

Essentia semper dicitur abstractum.

Ad 2. Modificatur relatione, ergo relatio erit forma. At forma est in materia. Resp. quod nullo modo essentia modificatur, sed suppositum. Semper essentia dicit quid absolutum.

Ad 3. Bonum & ens conuert. materia bona, ergo vt ens bonum. Resp. Argumentum aequiuocat. Nam aliud est dicere, quod omnia ascribuntur Deo quia à Deo dependent. Aliud est dicere quod Deus sit talia: Concedo quod materia, vt subiecta ascribatur Deo, quia à Deo dependet: Non tamen quod in sua substantia sit materia, vt est in proposito.

Ad 4. Similiter & ad 5. dicimus, qd nõ valet. Est perfectio, & est ascripta Deo, ergo Deus? Nõ valet deductio.

Subiectum duplex.

Ad 6. Omne subie. arguit potentiam, ergo materia. Resp. de subiecto perfectibili, non de subiecto deferente, ergo. Hæc pauca volui dixisse. Habuistis. In sequenti lectione. 5. dist. Mag. in qua quaerit. An diuina essentia generet, vel generetur? Erit munus, & studium nostrum.

L E C T I O V I G E S I M A .

In qua examinatur Dist. 5. in ordine, vbi Magister postquam in præcedenti Dist. declarauerit illam propositionem, quod Deus Deum generat: Nunc proponit tria.

An pater genuerit essentia? } An essentia essentiam genuerit? Ratio est in promptu. Cum res habeant duplicem conceptum pro nunc. Alter dicitur esse.

An essentia genuerit filium? } Conceptus Concretus examinatus fuit erit in præcedenti Dist. dicendo Deus Deum genuit, oportebat examinare conceptum abstractum de ipsa diuina essentia, vt sermo esset absolutus, & completus. Hæc quo ad continuationem. At quia in litera sunt multæ difficultates, vnde Magister dicit vellem magis ab alijs audire explanationem, quam tradere quomodo dicunt quidam sancti, quod filius sit genitus de sapientia, & de natura, vnde apparet, quod essentia generet, & generetur. Ideo cum difficultas pendeat ex mala intelligentia vocum, terminorum, & prædicatorum, quibus vtuntur Theologi. Quia cū idem nomen, vox, & dictum sepiissime faciat diuersos, & contrarios sensus, idcirco collegi ex Doctoribus voces omnes Theologales, vt possitis percipere veritatem catholicam, exponere scripturas, interpretari Doctores, & dubia soluere. Attendite igitur, & vt moris mei est propono.

Alter conceptus abstractus.

Conceptus dicit formam in subiecto, vt Deus iustus quantus, & similia.

Conceptus abstractus dicit formam sine subiecto vt Deitas, essentia, humanitas, rationalitas, risibilitas, scientia, albedo, idest.

Conceptus isti habent maximam asinitatem, & relationem, igitur cum.

Nomina Theologalia.

Verba attinentia ad nominū rationē.

Identitatem, & diuersitatem.

Conclusionem Magistri.

Probationem.

Dubia, & Solutiones.

errores, & aequiuocationes multas. Ideo sit hæc nominum diuinarum partitio, & intelligentia. Nomina igitur diuina prout nostio deseruiunt proposito sunt quatuor videlicet.

Nomina essentialia, } Nomina essentialia sunt voces, quæ tantum significant essentiam, & naturam diuinam, vt essentia est, vt diuinitas est, & vt substantia est. Ista sunt essentialia.

Personalia, } Notionalia.

Nomina diuina quatuor.